

ad eadem opinionem confirmandas. Atque ita, quia, legendo D. Augustinum, non observant insignem illam, & necessariam conditionem, quam in lectore bono requirit D. Hilarius, ita scribens, (1) *Optimus lector est, qui dictarum intelligentiam expectet ex dictis potius, quam imponat, & retulerit magis, quam attulerit; neque cogat, id videri dictis contineri, quod ante lectionem presumpsit intelligendum;* propterea mirari minime debent, si, postquam se dederunt ad scribendum, quamvis libros suos testimoniis D. Augustini impleant, (id, quod optimum est ad persuadendum simplicibus, quidquid volunt) nihilominus, qui sunt intelligentiores, reprehendant, ostendunt, & non immerito offenduntur, ejusmodi libros sensu, & saepe spiritu Augustini esse destitutos.

Tertio, qui jam dictam operam praestituti sunt, perfectos habere debent Pelagianorum, & Semipelagianorum errores, quos (praeter ea, quae de his habentur in Conciliis Africanis, & Arausiano, & in Epistolis Pontificum) S. Augustinus, & D. Prosper in variis locis, certiore fide, & notitia referunt. Et pro praesenti quidem controversia, penitus expedit ponderare doctrinam Semipelagianorum, quae recensetur a Prospero, & Hilario in Epistolis suis ad D. Augustinum; & ab eodem Prospero in Carmine de Ingratis comparatur cum doctrina Pelagianorum; a Cassiano in Collatione de protectione Dei, & a Fausto Rhegiensi in duobus suis libris (de quibus supra traditur, & explicatur; & etiam in Capitulis Caesertini Papae, & in Canonibus Concilii Arausiani condemnatur, opposita veritate in iisdem confirmata. Atque cum doctrina hac, ita ponderata, conferenda sunt opiniones, de quibus in praesenti controversia disceptatur, tam quoad sensum, quam etiam quoad verba. Quae, quoniam utrobique apparent sic diversa, ut ibi consueta Scripturis Sacris, & antiquis Patribus adhibeantur verba, hic substituantur termini, in Scholis ob docendi commoditatem usurpati, ad certius cognoscendum, & declarandum, quomodo, quae scholasticis terminis sunt expressa, explicari possint, atque debeant verbis, ut vocantur, positivis.

Quibus subsidiis preparatis, potest, invocata ante omnia Spiritus S. gratia, quae hic fiet definitio, ad hunc modum digeri, & ordinari: nempe ut, ad imitationem fere Capitulum Caesertini Papae, & Canonum Leonis Magni in Concilio Arausiano, propositiones, quae declarabuntur condemnatae, sigillatim disponantur, apposta, si videbitur, qualitate Censurae, quam merentur, & ad singulas adjunctis brevissime aliquot testimoniis, tum ex Scripturis Sacris, tum ex antiquis in hac causa definitionibus, & doctrina, quibus ejusdem condemnationis & reddatur ratio, & opposita veritas probetur, & confirmetur. Et, ut damnatae ejusmodi propositionibus suspicio omnis, & calumnia accedendi sive ad Lutheranismum, aut Calvinismum, sive ad Pelagianismum, aut Semipelagianismum, sive ad quemcumque alium aut in sensu, aut in verbis, de argumento hoc errore, prorsus evitetur; expedit forte, ubi id occasio exigit, damnationem addere quarundam propositionum, errores ejusmodi quomodocumque sapientium, quae sicut a liquem facere possit suspicionibus istis, atque calumniis. Nec videtur adhuc necessarium, ut in his omnibus ulla fiat mentio, immo expedit forte, pro honore partium conservando, ut nulla fiat vel Doctorum, quorum sunt damnatae propositiones, vel librorum, ex quibus deponentur. Nam, si posthac, per quamcumque ex iisdem partibus occasio detur ita faciendi, facile fuerit, sine ulteriori strepitu, ejusmodi libros in prohibitorum Catalogum referre.

Haec, Beatissime Pater, quae, instigante Te, accepi, & pro perpetuo meo in Te amore, & observantia, haecenus petraclavi, pro ea, quam nunc majorem deo, reverentia, & honore Sanctitatis tuae, sub ejusdem correctione, & censura humiliter offero: quem ad supremum hunc in terris gradum, tam inexpectata electione, tam insolita haecenus vocatione, pro omnium tamen votis, a summo caeli Deo assumptum, quo altius considero, & certius inde spero, id a Divina ejus providentia destinatum ad beneficia maxima, & plurima per ministerium tuum Ecclesiae suae praestanda, & inter alia ad controversiam hanc, quae tam magni est momenti, feliciter definiendam. Eo fidentius opto, & devotus oro, in primis generatim pro Ecclesia Dei, ut haec tua assumptione sit Romae in triumphum, antiquis illustriorem, Italiae in gloriam, Hispanis in gaudii incrementum, Gallis in securitatem, Britanis in spem certam, in robur Germanis, & finitimis nationibus, Christianis omnibus in consolationem, Catholicis in constantiam, Haereticis in resipiscantiam, Schismaticis in reconciliacionem, Paganis in notitiam veri Dei, Judaeis in agnitio- nem Jesu Christi, Militiae Christianae in praesidium, & Christiani nominis hostibus in exterminium. Deinde pro hac speciatim causa; ut is Princeps Pastorum, Deus, ac Dominus noster Jesus Christus, qui per tuos Praedecessores, Innocentium, Zozimum, Bonifacium, abegit lupos manifestos, per Caelestinum, Sixtum, Leonem, Gelasium, Hormisdam, Joannem, coercuit occultos, idem per Pastorem bonum, Rectorem Sanctum, Paulum Pontificem, sic pascat, regatque oves, oviculas, & agnos suos, ut, qui hic tentat, seu timetur, Spiritus, sive superbus Pelagianus, aut Semipelagianus, non eos elidat, sive stolidus Lutheranus, aut Calvinianus, iisdem non illudat.

SANCTITATIS Tuae

Petrus Lombardus
Archiepiscopus Armachanus.

SANCTITATIS Tuae

Petrus Lombardus
Archiepiscopus Armachanus.

(1) Lib. 1. de Trin.

XIII.

CANONES
DOCTRINAE DAMNANDAE

A Consultoribus ultimo elaborati, jubente PAULO V. (1)

Dicere, quod, in statu naturae lapsae, vires naturales liberi arbitrii eadem prorsus, seu tales, secundum se, in nobis manserint, quales illas esse fecerit, si homo fuisset conditus in statu mere naturali, ad finem tantum naturalem; quasi peccatum primi hominis, non nisi in supernaturalibus, nocuisset ejus posteris, adversaria doctrinae, in Ecclesia tum olim contra Pelagianos, eorumque reliquias definita, ac defensae, tum novissime in Concilio Tridentino confirmatae; quando, agendo de vi naturae, expresse tradit, liberum arbitrium viribus esse attenuatum, & inclinatum. Est & hoc conforme antiquis definitionibus, & doctrinae, in Ecclesia semper traditae, & creditae, quod in eodem Concilio contra haereticos hujus temporis declaratur, ac definitur, liberum arbitrium, post Adae peccatum, non esse extinctum, aut amissum. (2) Quod quia similiter intelligitur, quoad vires conditionis suae naturalis; ideo huic definitioni non repugnat, quod liberum arbitrium, spectando vires, quas ex largitate gratiae accipit, dicatur amissum, ac perditum: quomodo non repugnat, quod, retenta libertate naturali, libertas gratiae dicatur perisse.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita est, Archiepiscopus, F. Joannes de Rada, Episcopus Patensis.

Ita sentio, F. Julius Sanctucius, Episcopus S. Agathe Gotborum.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Nevitonen- sis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

Ita sentio, F. Anastasius a Brixia, Abbas Farfensis.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Ordinis Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

Ita sentio, F. Gregorius Nannius Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Religiosus S. Dionysii in Francia, Doctor in facultate Theologiae Parisiensis.

Dicere, quod parvuli, cum post Judicii diem resumpserint sua corpora, liberabuntur supernaturaliter ab omnibus molestis, & aerumnis, quibus in hac mortali vita subjacemus, melloremque in naturalibus vitam, vitio omni mentis, & corporis immunitem, in perpetuas aeternitates ducent, quam ullus unquam mortalium duxerit, temerarium est, nimiumque accedens ad illum, ab (3) Ecclesia Dei errorem semper habitum, adeoque in Pelagiano, & Caesertiano dogmate condemnatum, quo dicebantur parvuli, etiam si non baptizentur, adeoque exclusi maneant a Regno Caelorum, aeternam, ac beatam quandam vitam, sed extra Caelum, habere.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita est, Archiepiscopus, F. Joannes de Rada, Episcopus Patensis.

Ita sentio, F. Julius Sanctucius, Episcopus S. Agathe Gotborum.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Nevitonen- sis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

Ita sentio, Dom. Anastasius Abbas S. Mariae Farfensis, Ordinis S. Benedicti.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Ordinis Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

Ita sentio, F. Gregorius Nannius Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Religiosus S. Dionysii in Francia, Doctor in facultate Theologiae Parisiensis.

Dicere, quod in statu naturae lapsae homo, solo concursu Dei generali, absque alio dono, vel auxilio gratiae, possit efficere opus bonum morale, quod fini naturali hominis accomodatatum, atque comparatione illius sit vere bonum, veraque virtutis opus, referendo illud in Deum, naturaliter cognitum, id doctrinae illi contradicit, qua contra reliquias Pelagianismi olim definitum est, (4) quod, post peccatum primi hominis, nullus operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum, & misericordia Divina praevenerit. Ex qua tamen doctrina nequaquam sequitur, quod omne opus, quod sine speciali gratia sit ab homine, etiam infideli, sit peccatum.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Non placet Censura, seu propositio, nisi intelligatur quoad opera ardua, & difficilia. Archiepiscopus, F. Joannes de Rada, Episcopus Patensis.

Afferro, hanc propositionem verificari, nedom de opere arduo, sed etiam de bono; ornato omnibus circumstantiis. F. Julius Sanctucius, Episcopus S. Agathe Gotborum.

Ita sentio, ut in Censura, Lelius Landus, Episcopus Nevitonen- sis.

Ita sentio, ut in Censura, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

Placet mihi propositio, ut jacet in Censura, Anastasius, Abbas Farfensis.

Placet propositio, modo addatur *ly arduum*, cum debitis circumstantiis, & ab homine posse fieri opera praesentis vitae, ex sola facultate naturali. F. Joannes Baptista de Plumbino, Ordinis Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

Approbo Censuram propositam, F. Gregorius Nannius Coronel.

Approbo simpliciter Censuram; immo dico, esse duplicem malitiam propositionis: unam, quod possit homo sine gratia facere bonum opus; alteram, quod possit illud referre in Deum. Ego F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, quod, quotiescunque homo ex viti-

(1) Ad Caput 19. libri 4. Histor. de Auxiliis. (2) In Epist. Caesert. 1. cap. 4. In Conc. Araus. Can. 13. & 25. In Concil. Trid. sess. 6. cap. 1. & Can. 5. (3) S. August. Epist. 108. lib. de haes. cap. 8. (4) In Concil. Arausian. Can. 23.

viribus naturalibus sui arbitrii, cum solo concursu generali Dei, facit, seu conatur facere, praefto est ad faciendum, seu conandum totum id, quod ex sese potest, circa ea, quae ad Justificationem pertinent, Deus ipsi conferat gratiam praevenientem, auxiliare, quibus id faciat, ut oportet, ad salutem; errat, & supponendo, posse hominem aliquid facere, seu conari, sine gratia Dei, quod ad Justificationem consequendam pertinet; & humano operi, seu conatu, in negotio Justificationis, gratiam Dei re ipsa subijciendo.

Et qui, quamvis verba haec addat, Quod homo eo conatu, seu opere non efficiatur dignus talibus auxiliis, nullaque ratione ea promeretur, attamen dixerit, quod inter leges, quas Christus Dominus cum Patre aeterno constituit, de auxiliis, & donis quae nobis promeruit, mere gratis conferendis, una, eaque rationi maxime consentanea, hominibus subveniendi, fuerit, ut, quoties ex nostris viribus naturalibus conaremur facere, quod in nobis est, praesto nobis essent auxilia gratiae, quibus ea, ut oportet ad salutem, efficeremus: ut ea ratione, dum essemus in via, semper in manu liberi arbitrii nostri posita esset salus nostra: Errat.

Item, Qui dixerit, quod Deus saepe etiam ob Christi merita, liberum nostrum arbitrium, quasi sopitum, & torpens omnino, excitat, id ita exponendo, sive intelligendo, tanquam non semper, sive in omnibus gratia praeveniat conatum liberi arbitrii, sed in aliquibus liberum arbitrium conatu suo praeveniat gratiam circa ea, quae ad Justificationem consequendam pertinent; gravissime errat contra doctrinam, quae ex Scripturis Sacris olim definita est contra Pelagianos, (1) eorumque reliquias, & haecenus tradita a probatis maxime in Ecclesia Dei Doctoribus. Juxta quam firmissime tenendum est, & docendum, quod omnia opus, omnique conatus liberi arbitrii, ad Justificationem, & salutem consequendam pertinent, a gratia Dei, per Christi merita, ad id movente, praevenitur. (2) Quippe quae gratia, ut definitum est, non operantibus, seu conantibus sine ipsa, sed ut per ipsam operentur, & conentur homines, quae oportet ad salutem, datur. Et sic datur, sine lege, & conditione, quae vel ullis detur intuitu alicujus operis, seu conatus; (cum nihil ex se operari, seu conari possint homines, quod profit ad gratiam obtinendam) vel qua nullis non detur, qui, quaecunque sit, quod ex se summum possunt, operantur, & conantur. Verum Dei gratia, & Spiritus, qui, ubi vult, spirat, ob hoc, omne ingenii genus in filiis misericordiae non praeerit, idem omnia ingenii genus in gehennae filiis praeerit; ut qui gloriantur, in Domino glorietur. Ac sicut generaliter omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum; sic & in omnibus omnino hominibus, qui operantur, seu conantur aliquid, pertinens ad salutem, gratia praevenit omne hujusmodi opus, & conatum. (3)

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus, F. Joannes de Rada, Episcopus Patensis.

Ita sentio, F. Julius Sanctucius, Episcopus S. Agathe Gothorum.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

(1) Ex Concil. Arauscan. Can. 6. (2) Ex S. Prof. lib. 1. de voc. gen. cap. 9. & in Canon. de Ingratis. (3) S. August. lib. de peccat. meri. cap. 22. Ad Rom. 3. v. 12. Ex Conc. Arauscan. Can. 8.

Ita sentio, Anastasius, Abbas S. Mariae Farfensis.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Ordinis Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, hominem ex facultate liberi sui arbitrii, cum solo concursu generali Dei, posse iis, quae credenda sunt, assentiri, tanquam a Deo revelatis, & quia a Deo revelata sunt, quando proponuntur, & explicantur, adhibitis argumentis, quae afferri solent, ut homines merito sibi persuadeant, ea revelata esse a Deo, & juxta credi; & accedente externa vocatione ad fidem, per Concionatores, aliosque Ecclesiae Ministros, converti, Errat.

Qui dixerit, posse praesistente assensu hoc in intellectu, elicere actum sperandi a Deo, quae a Deo revelata, & promissa sunt nobis, Errat.

Qui dixerit, similiter posse actum elicere absolutum dilectionis Dei super omnia, placendi Deo in omnibus, & propositum servandi mandata omnia naturalia, obligantia sub peccato lethali, Errat.

Qui dixerit, similiter posse, praesistente maxime lumine fidei, qua Dei beneficia cum natura, tum gratiae, praemia justis, & supplicia impiis proposita agnoscimus, elicere ex Dei timore, actum attritionis cum spe veniae; & ex Dei amore, actum contritionis de peccatis commissis, cum proposito non peccandi amplius lethaliter, errat, etiam si dicat, actus hujusmodi esse mere naturales.

Qui dixerit, hominem, postquam edoctus fuerit, auxilium gratiae supernaturalis sibi esse necessarium ad Justificationem, & salutem; similiter posse illud optare, desiderare, petere sibi donari, & satagere, se disponere ad illud recipiendum, errat contra doctrinam, qua constat, revelatum esse in Scripturis Sanctis, actus illos, prout jam descripti sunt, esse dona Dei per Christi gratiam, & merita; idque ex ipsa prima in iis cognitione. Ideo ab Ecclesia merito definitum est, non posse eo fieri, sine speciali gratia Dei adiutorio. Quae deinde doctrina in Ecclesia Dei tam severe definita, & constantiter asserta est, ut, si quis affirmaret, hominem per naturae vigorem, sine praeventiente Spiritu S. gratia, posse aliquem ex iisdem actibus operari, seu conari, sicut oportet, sive ut expedit, quod est operari, seu conari, secundum circumstantias omnes, debitas ab homine in ejusmodi actibus adhiberi ad misericordiam, & justificationem consequendam; cum is in antiquis definitionibus contra Pelagianos, eorumque reliquias, haeretico falli Spiritu pronuntiatus fuerit, & novissime in Concilio Tridentino, contra calumnias haereticorum hujus temporis eandem doctrinam confirmando, anathemate feriatur.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus, F. Joannes de Rada, Episcopus Patensis.

Ita sentio, F. Julius Sanctucius, Episcopus S. Agathe Gothorum.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

Ita sentio, Anastasius, Abbas Farfensis.

Ita

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Ordinis Eremitarum S. Augustini Procurator Generalis.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, in homine, post lapsum, talem esse libertatem ad quaecunque tentationem, seu difficultatem, cum solo concursu generali Dei, in quocunque temporis momento superandam, quam, pro servanda in quolibet ejusmodi instanti lege naturali, necesse sit vincere, etiam si ea de causa mors sit toleranda; ut, si consentiat, ideo peccet, quia, secluso quocunque alio majori auxilio, in potestate ipsius positum est, non transgredi tunc legem, & non transgrediendo victoriam reportare: errat.

Qui dixerit, hominem posse, etiam non sine ingenti difficultate, vincere, ex solis viribus naturalibus, singulas tentationes, quantumvis graves, & molestas, dummodo non longo tempore durent; gratiam vero esse tantum necessariam ad facilius, vel solam ad superandas omnes simul exurgentes concupiscentias, ne dilatione temporis vincamur; adversatur Ecclesiasticis definitionibus de imbecillitate humanae naturae, post lapsum, ad tentationes superandas. (1)

Juxta quas definitiones, declaramus, tenendum, ac docendum, quia tunc victa vitia deputanda sunt, cum Dei amore vincuntur, quem nisi Deus ipse non donat, nec alter, nisi per Mediatorem Dei, & hominum, Hominem Jesum Christum. Et sic in viris, & illicitis concupiscentiis evincendis, in diaboli insidiis superandis, & tam in resistendo, quam in succumbendo quibuscunque tentationibus, licet habeat homo libertatem, id est liberum usum propriae voluntatis; tamen ad vincendam, seu superandam quaecunque tentationem, ita nimirum, ut praecipuum, circa quod tentatur quisquam, servetur propter Deum; id est, ne offendatur Deus; non sufficiunt vires naturales liberi arbitrii; sed necessarium est quotidianum, id est continuo, seu contra tentationes singulas subministrandum adiutorium specialis gratiae Dei: idque non tantum ad facilius, & melius comparandum victoriam; sed adiutorium illud simpliciter esse necessarium, juxta illud, quod olim a Sede Apostolica (2) responsum est in hac causa: Necesse est, ut, quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante, vincamur.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus, Joannes de Rada, Episcopus Patensis. (3)

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

Ita sentio, Anastasius, Abbas Farfensis.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Procurator Ordinis S. Augustini.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus, Joannes de Rada, Episcopus Patensis. (3)

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

Ita sentio, Anastasius, Abbas Farfensis.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Procurator Ordinis S. Augustini.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, gratiam, qua Deus operatur in nobis velle, & perficere, non sic movere nostram voluntatem, ut ex virtute motionis Dei, per eam operantis, sit ipsa fallibilis, quod actu consentiamus, & operemur; errat.

Serry Tom. II.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus, F. Joannes de Rada, Episcopus Patensis.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

Ita sentio, Anastasius, Abbas Farfensis.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Ordinis S. Augustini Procurator generalis.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, gratiam istam ad volendum, & operandum, quae pertinent ad salutem, aut non esse ita efficacem, ut praeventiendo voluntatem nostram, ipsam vera, & reali efficientia praemoveat, & faciat velle, atque operari, aut sine ea posse aliquem actu velle, & operari; errat.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus, F. Joannes de Rada, Episcopus Patensis.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

Ita sentio, Anastasius, Abbas Farfensis.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Procurator Ordinis S. Augustini.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, gratiam efficacem excitare, alligere, invitare, & suadere voluntatem; non tamen ita, ut Deus efficienter moveat voluntatem ipsam ad consentiendum, sed ipsa jam consentiente, & cooperante, simul cum ea influat tantum in actum; errat.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus, F. Joannes de Rada, Episcopus Patensis.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitontinus.

Ita sentio, Dom. Anastasius, Abbas Farfensis, Secretarius.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Procurator Ordinis S. Augustini.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, Deum per auxilium gratiae, & liberum hominis arbitrium, tanquam duas causas partiales se habere in negotio nostrae Justificationis; ita ut una ab altera non praemoveatur, nec ab ea virtutem agendi, recipiat; errat.

Qui dixerit, efficaciam gratiae, seu hoc, quod est auxilium gratiae esse efficacem, pendere a consensu, & cooperatione liberi arbitrii hominis, aut liberum hominis arbitrium suo consensu, & cooperatione efficere auxilium gratiae efficacem, adversatur doctrinae, qua ab Ecclesia Dei (4) definitum est, Deum etiam in illis, quos vocat gratias, non expectare eorum voluntates, seu consentiamus, & operemur; errat.

I i fen-

(1) S. August. lib. 21. de Civit. cap. 26. & Epistol. 106. (2) Innocent. I. Ad Patres Concil. Carthag. Celestium I. in Epistol. ad Episc. Gallie. (3) Episcopus Agathensis tunc, & deinceps abfuit, ob egram valetudinem. (4) Conc. Arauscan. can. 4. S. August. Epistol. 107. Petr. Diac. c. 8. Ful. c. 18. 28. 29. 30. de Luca. & gratia.

sentum, ad ipsos gratia sua adjuvandum, quasi ab ipsorum libero arbitrio sic pendeat, quod consentiant vocationi, aut velint id, ad quod sunt vocati, ut Deus in iis hoc non operetur efficaciter sua gratia, sed ab iis expectet, pro innata ipsis libertate.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus, F. Joannes de Rada, Episcopus Paltensis.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitoninus.

Ita sentio, Dom. Anastasius, Abbas Farsensis, Secretarius.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Ordinis S. Augustini Procurator.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, Perseverantiam in bono usque ad finem vite non esse ex tali singulari Dei dono, quod non solum dat, quod quis perseverare possit, si velit, sed etiam quo operatur efficaciter, & ex virtute ipsius doni, ut velit, & perseveret; aut dixerit, cum hoc dono non coherere arbitrii creati libertatem; errat.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus Rada, Episcopus Paltensis.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitoninus.

Ita sentio, Dom. Anastasius, Abbas Farsensis, Secretarius.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Procurator Ordinis S. Augustini.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, Deum ab æterno non ita constituisse, proposuisse, prædefiniisse, seu prædeterminasse, illos omnes, & singulos consenturos, credituros, operaturos, perseveraturos, quicunque in tempore a Deo vocati ad salutem consentiant, & consentientes credunt, operantur, & perseverant, ut decreto absoluto, id est, quo absolute vult, ut consentiant, credant, operentur, seu perseverent, præordinaverit, unicuique eorum da-

re auxilium gratiæ, cuius virtutem, seu motionem præcitat tam esse efficacem ad subiciendum sibi liberum arbitrium ejus, cui datur, ut ex ea certum sit, & infallibile, & insuperabile, quod is consentiet, credet, operabitur, seu perseverabit; aut ejusmodi decretum Dei absolutum, seu efficacem motionem, libertatem arbitrii tollere, vel ei adversari; errat.

Placet doctrina in propositione hac, & sequentibus duabus comprehensa. Sunt tamen redigenda in breviorum formam; & paulo clarius exprimendum, in quo falsa sit ratio illius præscientie conditionatorum, quam ante decretum Dei ponit Molina.

Ita sentio, Petrus Lombardus, Archiepiscopus Armachanus.

Ita sentio, Archiepiscopus Rada, Episcopus Paltensis.

Ita sentio, Lelius Landus, Episcopus Neritonensis.

Ita sentio, F. Hieronymus Palanterius, Episcopus Bitoninus.

Ita sentio, Dom. Anastasius, Abbas Farsensis, Secretarius.

Ita sentio, F. Joannes Baptista de Plumbino, Procurator Ordinis S. Augustini.

Ita sentio, F. Gregorius Nunnus Coronel, Secretarius.

Ita sentio, F. Jacobus le Bossu, Doctor Sorbonicus.

Qui dixerit, Præscientiam Dei de hominum salute, seu quocunque illorum actu, ad salutem pertinente, fundari non in virtute auxilii, seu motionis efficaciæ, ad subdendum sibi arbitrium ejus, cui datur; sed in prævio usu humani arbitrii, pro sua libertate, auxilio Dei utentis, vel non utentis; aut hujusmodi præscientiam esse necessariam ad conciliandum inter se auxilium gratiæ Dei, & liberum usum humani arbitrii; errat, ponendo in Deo scientiam, quæ nullum prorsus habet, vel habere potest objectum.

Qui dixerit, Prædestinationem electorum sic pendere ab ipsorum arbitrio, ut non per efficaciam, seu virtutem auxiliorum, quæ Deus sua Prædestinatione decrevit dare, fiat, quod bene iis utantur; sed quia Deus in præscientia sua videns, quibus auxiliis pro sua libertate bene utentur electi, hæc ipsis dare decreverit; errat, in illud incidens, Prædestinationem Dei esse ex meritis hominis; ita nimirum, ut gratia, quæ adjuvantur homines ad consequendum finem, ad quem sunt prædestinati, ideo iis detur, quia ipsi volunt usu illo sui arbitrii, quem pro libertate sua adhibent; non autem ideo velint, quia per gratiam adjuvantur.

XIV.

EPISTOLA JOANNIS ANTONII BOVII

Carmelita, olim Societatem professi,

AD PAULUM V.

Qua suam, de finienda Auxiliorum Controversia, sententiam dicit, a ceteris Censoribus dissentientem.

BEATISSIME PATER.

ET si per alia scripta, Sanctitati Vestræ oblata jam explicavi, qua facillima, & optima ratione videretur mihi, pro tenui meo iudicio, posse terminari longa hæc, & difficilis Controversia; nunc tamen, quia Sanctitas Vestra jubet, ut sententiam nostram dicamus, eam reducentes ad hæc Capita, videlicet, quænam propositiones videantur definiendæ de fide; quæ condemnandæ; quid intersit inter horum Catholicorum sententias, & damnatos hæreticorum errores; & an in Bulla definitionis faciendæ sit mentio librorum, in quibus propositiones reperiuntur, & Religiosorum Ordinum, inter quos fuit hæc Controversia: ut respondeam in terminis ad quatuor proposita puncta, eodem ordine, non verebor repetere ex his, quæ jam dixi in prioribus meis Scripturis, ea, quæ ad rem faciunt, & alia interferam, & addam, prout opus esse judicaverim; & hæc omnia, quam maxime poterò, & breviter, & dilucide. Sed antequam propius rem aggrediar, aliqua adnotabo.

Et primo, debere omnes Consultores in hoc convenire circa punctum principale Controversiæ de Prædeterminatione physica, & Gratia congrua; quod, sicut non potest utraque pars definiiri, tamquam certa de fide, ita neque utraque pars potest damnari, & rejici. Quod si alicui neutra opinio plene satisfaciat, debet ipse suspendere iudicium, tamquam in re maxime dubia. Non enim potest unam damnare, donec de altera sit certus, quod sit vera, & in fide tuta: quia, dum unam damnamus, alteram saltem implicite approbamus. Et ratio hujus est, quia in explicando hoc mysterio de auxiliis efficacibus, quibus a Deo certissime liberantur, quicumque liberantur, & de certitudine prædeterminationis, an Deus certo cognoverit, quam partem libere electurus esset homo, ex eo quia sciret, se posse, & velle, in eam partem illum physice prædeterminare: an vero, quia viderit, in quam partem voluntas, a nullo prædeterminata, ipsa seipsam esset, cum iis, vel illis auxiliis, si darentur, determinatura; in hoc, inquam, mysterio explicando, duæ sententiæ sunt, ita & directe, & immediate oppositæ, ut neque utraque vera, neque utraque falsa esse possit: sed si una vera est, altera necessario sit falsa, & e contra, si hæc falsa, illa vera; neque possit dari medium: & hoc fufius probavi longiori scripto, quod Sanctitati Vestræ jam exhibui. Sed modo non erit opus, gravari Sanctitatem Vestram, ut ipsum legat; facile enim id omnes concedent. Certe in disputationibus, & consultationibus audivimus semper, id sibi invicem partes concessisse, convenisseque in eo Consultores omnes.

Adnoto secundo, in hoc negotio, sicut in aliis

Serry Tom. II.

plerisque, aliud esse speculativam disputationem, quid veritatis, vel falsitatis, certitudinis, vel dubitationis sit in hac, vel ipsa sententia; aliud esse practicam consultationem, quid agendum sit, & qua optima ratione liceat, debeat, & expectat, controversiam hanc terminari. Neque enim hæc duo coinciderent: sed sæpe contingit, admodum diversa esse. Nam, exempli gratia, de multis contractibus speculativa questio, an liceant, nec ne, est maxime dubia inter Doctores; practica tamen resolutio, scilicet, quod, stante speculativo dubio, possit quis in praxi coherere opinioni probabili, & secundum illam ejusmodi contractus sine peccato celebrare, certissima est; immo vero illemet, qui speculative non potest capere, quomodo contractus non sit illicitus, potest tamen suam conscientiam conformare sententiæ probabili aliorum, tenentium, esse licitum, & secundum eam existimare, sibi licere, & ejusmodi contractum licite, sine ullo peccato celebrare. In speculativa dispositione debet unusquisque dicere, quod suo ingenio potest capere, & quod sibi videtur verum esse: quidquid sentiant, & reclamant alii; in practica vero resolutione, multo plura sunt nobis attendenda. Si enim sint diversa consilia, atque sententiæ, cum ad opus deviendum est, una tamen ex multis potest executioni demandari: & proinde, non solum nostræ, sed aliorum sententiæ rationem habere debemus; neque tota diligenter examinata cum suis circumstantiis, eligere, quod hic, & nunc, omnibus pensatis, factu optimum videatur.

Hoc adnotavi propter meipsum, qui, quamvis (ut ingenue fatear) argumentis, quæ contra prædeterminationem fiunt, ita convincar, ut capere non valeam, quomodo prædeterminatio possit sustineri, & distingui ab errore Calvinii, in Concilio Tridentino damnato; non auderem tamen, omnibus pensatis, & stantibus rebus, ut modo stant, practice consulere Sanctitati Vestræ, ut eam condemnaret, propter rationes, quas infra adducam. Et quia, quamvis ego non videam modum, & viam, quibus defendi possit; hoc tamen scio, posse alios videre, quod ego non video. Pari modo (meo quidem iudicio) debent & alii, de se humiliter sentire, si videant, doctos, & multos contrarium tenere, ut non statim condemnent, quod ipsi non capiunt, sed sibi persuadeant, posse facile alios capere, quod non capiunt ipsi. Hac modestia usus est Sanctus Thomas præ aliis omnibus, qui quam sententiam vidit defendi a Catholicis Doctoribus, vix unquam in tam multis suis operibus condemnavit hæresim, aut alia gravi censura; licet ipse, inquam, plurimis, & gravissimis dogmaticis, ab aliis Doctoribus dissentiret, eosque validissimis rationibus impugnaverit: Ut certe & miranda, & dolenda sit nostrorum temporum, præcipue in Hispaniis,

11 2 licen-

fit unum esse existentia, an plura, Scholasticorum principes dissentiant.

Quod si rursus inietur, in nostra controversia modos declarandi mysterium destruere ipsam substantiam mysterii; scilicet prædeterminationem physicam tollere arbitrii libertatem, vel gratiam congruam destruere veram gratiam Christi; respondeo, ita partes invicem sibi objicere, & prætere; neutrum tamen hæcenus semper aperte constare. Etiam in mysterio de Trinitate D. Thomas objicit: Si distinguantur voluntas, & intellectus a parte rei, proprietatibus absolutis, tolli Divinam simplicitatem, simplicissimamque Divinæ Essentiæ unitatem: Si Divina persona distinguantur, proprietatibus absolutis, sequi nullam de personis Divinis esse perfectissimam; ac proinde nullum esse Deum, si unaquæque careat absoluta perfectione, quæ est in alia. E contra objicit Scotus: Si intellectus, & voluntas in Deo a parte rei non distinguantur; neque posse personas distinctas produci, & sic tolli Divinarum personarum Trinitatem. Similiter, in materia de Incarnatione, D. Thomas cum suis objicit: Si in Christo est duplex esse, non est una persona, sed duæ. Alii vero in contrarium instant: Si non est duplex esse, non potest esse duplex natura realis, cum nulla natura, seu essentia, sit realis extra nihil, nisi per suam esse, ab ipsa sola ratione distinctum. Hæc licet sibi invicem objiciant, quibus videtur tolli veritas Trinitatis, & Incarnationis; quia tamen istæ sunt tantum præteritiones partium, & non apertæ, atque indubitata veritates, licuit jam tot sæculis de iis dissentire; neque enim Ecclesia judicavit necessarium, suam definitionem interponere.

Nulli ergo pariter videri debet novum, aut mirum, si hinc inde collectis omnibus, quæ in Ecclesia Dei usque ad hanc diem definita habentur, de efficacia gratiæ, & arbitrii libertate, (vix autem credibile est, aliquid essentiale huic mysterio prætermisum, desiniri, in antiqua tam diuturna controversia contra Pelagium, & nova contra Lutherum, Calvinum, & suos) si, inquam, modus explicandi gratiæ efficaciam Theologorum disputationi relinquatur; modo præscribatur modestia, & scandalorum occasiones præcendantur; deservescet, spero, contentiois fervor, cum primum desinet in judicio actorem, & reum agere, subtilisque passionum nebulis, suo se lumine veritatis proderit. Et si verum est, quod pretenditur, alteram istarum sententiarum esse de fide, ipsa se veritas paulatim hominum animis insinuat, fietque ea sententia communis in scholis; & tunc commodius poterit desiniri, & opposita damnari, quanto existente jam re clara, & indubitata, ad nullius partis instantiam, in nullius condemnationem, sine detrimento auctoritatis Scholæ Theologicæ, aut existimationis ullius Religiosi Ordinis, emanabit hæc definitio, tamquam simplex fidei declaratio, ex officio edita, non autem tamquam sententiæ alicujus condemnationis.

Et quod dixi de principali controversia, idem sentio de aliis questionibus, quæ disputatæ fuerunt, circa vires liberi arbitrii ad credendum fide humana, diligendum, &c. nec non de faciente, quod in se est, & aliis; nulla enim ibi propositio accusata fuit in Molina, pro qua non fiat adducti multi, & graves Doctores, qui eam ante Molinam tenuerunt; neque tamen, ante hanc ortam contentioem, alii Doctores notarunt eos minus turæ in fide doctrinæ. Immo Medina in parte secunda, quæstione centesima nona, articulo sexto, ex professo eos excusat, & assert differentias aliquas inter has Catholicorum doctrinas, & Pe-

lagianorum errores: quod, puto, viderunt etiam accusatores Molinæ in Hispaniis, qui nihil tale adnotarunt, sed in sua censura, ex Hispaniis transmissa, notarunt tantum novem propositiones, omnes attinentes ad principalem controversiam, de efficacia gratiæ. Hæc alia deinde adnotata sunt, & revocata in dubium a Theologis Consultoribus, & initio quidem longe plura, deinde reducta sunt ad multa pauciora. De iis, inquam, quæstionibus idem sentio, non esse opus, neque decere, aut expedire, devenire ad aliquam novam definitionem, aut condemnationem, propter easdem rationes; sed sufficere, in aliquot propositiones resumere quicquid ex Conciliis, & Patribus certum, & ab omnibus Catholicis concessum habemus, easque definire: quas propositiones cum aliis de efficacia gratiæ ego collegi, & simul cum tenore Bullæ (qui possit præmitti, vel similis) humiliter offero Sanctitati vestræ.

Ad tertium punctum: Quid intersit inter horum Catholicorum sententias, & damnatos hereticorum errores?

Circa distinctionem erroris Calvinii ab opinione ponentium physicam prædeterminationem, dico, Calvinum non solum abstulisse liberum arbitrium, sed & in eo effrasse, quod talem posuerit Dei motionem, quæ liberum arbitrium destruat.

In priori illo agnosco discrimen; Patres enim Dominicani, ut sunt Catholici, & pii, per suam prædeterminationem negant arbitrii libertatem destrui: in hoc vero posteriori, quod contra Calvinum damnatum est in Concilio, talem sentiant esse motionem Dei, cui non possit homo dissentire, si velit. Et ille, & isti admittunt, ex motione sequi quandam necessitatem, & in aliquo sensu verum esse, quod liberum arbitrium motum non dissentire potest: sed Calvinum admittere necessitatem antecedentem, quæ libertatem tollit; Patres vero Dominicanos non nisi necessitatem consequentem, & secundum quid: & solum in sensu composito verum esse, quod homo non potest dissentire. Sed quid, quod has ipsas distinctiones de sensu composito, & diviso, necessitate antecedente, & consequente, simpliciter, & ex suppositione, hæc, inquam, ipsa sæpe Calvinus, ut in Congregationibus legi audivimus, iteraverat in suis Institutionibus, dicens, se loqui in sensu composito, & de necessitate, non simpliciter, & antecedente: & tamen damnatus est, & a Doctoribus Catholicis impugnatus eo nomine, quod, cum ponat necessitatem, deductam ex Dei motione, quæ est quid prius & causa, sequitur ex ea, velit, nolit, necessitas simpliciter, & antecedens, quæ libertatem tollit.

Quod si quis dicat, Calvinum posuisse, voluntatem a Deo moveri, & determinari per modum naturæ, & ideo damnatum esse; istos autem ponere, quod determinetur secundum modum proprium agentis libero, ac proinde non tolli libertatem: contra est, quod inter agens naturale, quod movetur a Deo, & agens per modum naturæ, puta lapidem, & voluntatem Divinam motionem prædeterminatam ad unum, non possunt concipi, nisi hæc tres convenientie: prima est, quod agens naturale non fertur in objectum cognitum per rationem, neque rationis iudicium sequitur; secunda, quod in eo non est voluntas potentie rationalis; tertia, quod antequam agat, est prædeterminatum ad unum per ipsam suam naturam, vel aliquam in eo permanentem qualitatem, sicut lapis per gravitatem ad motum deorsum. Calvinus certe non dixit primum, hominem sci-

scilicet velle, quod nullo modo per intellectum ei representatur, ut bonum; immo apertissime admittit divinas illustrationes: neque dixit secundum, destrui scilicet per Dei motionem ipsam naturalem potentiam voluntatis, ut patet: neque dixit tertium, quia necessitate voluit imponi, non per qualitatem ullam, sed per actualem Dei motionem, ut patet ex ejus verbis, ab illustrissimo Bellarmino & aliis relatis, *Mover Deus voluntatem, non quammodum multis sæculis creditum est, &c.* & ut patet ex ipsa definitione Concilii Tridentini, contra ipsum facta. Ergo ex nullo capite posuit Calvinus, voluntatem moveri per modum naturæ, plusquam ponant Patres Dominicani.

Videtur ergo ex eo solo damnatus, quod per Divinam ipsam actualem motionem voluerit, talem necessitatem imponi, ut ex ea, a solo Deo in nobis posita, non possit voluntas dissentire, seu cum ea conjungere dissentium. In quo ingenue fateor, ut jam superius dixi, & professus sum sæpe alias, me non posse scire, aut assignare ullum discrimen inter has duas sententias. Assignabunt fortasse alii, qui prædeterminationem defendunt, & percipient ipsi, quod ego percipere non possum; non enim audent, eam defendere, nisi saltem sibi persuaderent videre discrimen aliquod inter hanc sententiam, & damnatum Calvinii errorem.

Quid vero intersit inter sententiam de gratia congrua, & errore Pelagii, & Semipelagianorum, facilius, meo iudicio, est assignare: multa enim, & lata intercedunt discrimina.

Primo Pelagius nullam agnovit supernaturalem gratiam, internamve illustrationem, aut inspirationem, si credimus Divo Augustino ipsi, qui, libro primo de gratia Christi, hoc sibi proponit ostendendum, discurrendo per omnia dicta Pelagii, & ostendendo, eum, etsi aliquando videtur errorem fecisse, ne damnaretur, damnasse, magnificentique verbis commendasse adjutorium Dei, nunquam tamen agnovisse aliud, quam naturam, legem, atque doctrinam, *exceperis auribus insanentem, sunt verba Augustini.* Unde capite nono ait Divo Augustinus: *Quid enim jure Pelagium, quæ diversis verbis eandem rem dicit &c.?* Et tamen latere se, putat, cum aliis, atque aliis locutionibus versat significationem legis, atque doctrine. Et capite decimo concludit: *Omnia, quæ Pelagius concedebat, doctrina generalitate concludi, quæ quibuscumque sermonibus, aut litteris continetur.* Et capite decimo tertio gratiam Pelagii a vera gratia Christi distinguit, quod illa sit doctrina, quam alius, & interior Deus ipse infundit, qui incrementum ministrat occultus. Et Epistola ad Innocentium apertissime dicit, gratiam Pelagii esse doctrinam, auribus sonantem, sicut plantatur quodammodo, & irrigatur extrinsecus. Et Divo Thomas Quodlib. primo, articulo septimo, errorem Pelagii describit his verbis: *Curvendum est error Pelagii, qui posuit, quod per liberum arbitrium homo poterat adimplere legem, & vitam æternam mereri, nec indigebat auxilio Divino, nisi quantum ad hoc, quod sciret, quid facere deberet, secundum illud Psalmi: Doce me facere voluntatem tuam.* Et quicumque hæreses retulerunt, usque ad præsentem diem, ita hæresis Pelagii explicarunt. In sententia vero de gratia congrua, admittuntur illustrationes, & inspirationes internæ supernaturales, necessariæ ad omnem actum, qui quoquo modo faciat ad salutem, vel ut meritum, vel ut dispositio, quantumvis remota.

Secundo Pelagius, consequenter ad suam positionem de gratia, non cognovit veram prædeterminationem aliquorum præ aliis, id est præparatio-

nem Divinorum beneficiorum, quibus aliqui certissime salventur; & gratiæ efficaciam, quæ det vires, & infallibiliter faciat facere; sed existimavit, ex æquo omnibus Deum præparasse naturam, per quam ostendatur eis, quid faciendum sit, ut colligitur ex Divo Augustino, eodem libro primo de Gratia Christi: & cum hoc, Deum scientia visionis vidisse, quoniam ex viribus arbitrii erant de facto bene operaturi, & illis parasse gloriam: ita ut, secundum Pelagium, Deus non faciat bene operari, sed videat solum, quoniam operaturi sint; Deus non sit auctor virtutis, & boni operis, sed tantum iustus retributor præmii; non Deus singulari beneficio suæ prædestinationis, & gratiæ discernat electum a reprobo, sed homo ipse discernat se merito suæ bonæ operationis, propter quam prævisam Deus elegerit eum præ alio ad gloriam. At nihil horum dicit neque Molina, neque ullus ex Patribus Societatis: admittunt enim gratuitam prædeterminationem, quæ preparatur homini, nihil tale merenti, vera gratia interna, quæ dat vires intellectui, & voluntati, & facit, prædeterminatum certissime facere, quæcumque bona vult Deus, ut faciat: conceduntque Divinæ prædestinationi non solum certitudinem præscientiæ, quæ Deus scientia visionis videat, quid homo jam facturus sit, sed etiam certitudinem ordinis, quæ Deus sciat, certo ordinare, & certissime ordinare media, quibus faciat, hominem bene operari, quæcumque ipse voluit, ut operetur. Denique fatentur, Deum sua gratuita prædeterminatione, & gratia discernere inter electum, & reprobam, quam gratiam, si Deus Petro non decrevisset dare congruam, sed aliam, quam prævidebat futuram incongruam, licet in se sufficientissimam, Petrus jam non esset electus, sed reprobus: & e contra, neque Judas, neque ullus alius reprobus, cujus non cognovit Deus, gratiam aliquam futuram fuisse congruam, cum qua si daretur, certo salvaretur; sed noluit dare, & ita est relictus in massa perditionis.

Tertio Semipelagiani ut notat Divo Thomas loco supracitato, posuerunt, non quidem quod homo per liberum arbitrium haberet charitatem, implet legem, & completeret totum negotium salutis, ut dixerat Pelagius; sed quod initium boni operis est homini a se ipso, dum consentit fidei per liberum arbitrium; consummatio vero a Deo: ideoque dicti sunt Semipelagiani, quia, etiam cum Catholicis sentiebant, quod gratia supernaturalis esset necessaria ad legem servandam, & meritum vitæ æternæ; cum Pelagio consentiebant, quia, quod Pelagius universim dixit de omnibus operibus, ad salutem necessariis, sufficere ad ea liberum arbitrium, isti dicebant de initio justificationis. Volebant enim, ante omnem gratiam præcedere in homine assensum veræ fidei Christianæ, quæ Medicum cognosceret; & bonam voluntatem, quæ Medicum quæreret. Contra quos Divo Augustinus ostendit, fidem, quæ Christiani sumus, esse donum Dei per gratiam: De Prædestinatione Sanctorum, capite secundo; & de Gratia, & libero arbitrio capite septimo, & alibi. Immo propter hanc fidem, & bonam voluntatem, ex solis viribus naturæ elicam ab uno, & non ab alio, dicebant Semipelagiani, Deum conferre gratiam uni, & non alteri: ita ut hæc opera non essent effectus ullius gratiæ, sed causa primæ gratiæ; ac proinde non essent effectus prædeterminationis; sed prævisa ab æterno a Deo, essent causa, quare Deus hunc potius, quam illum prædestinaret. Et ita sensit Semipelagianos, videre est ex Epistola Hilarii, atque Prosperi ad Augustinum, & libris ejusdem Prosperi contra Collatorem, ex Concilio Arausicano,

ficano, & ex libro de Prædeterminatione Sanctorum.

Cum vero Divus Augustinus objiceret ipsi argumentum de parvulis, qui baptizati exeunt ex hac vita, & salvantur, cum tamen Dei prædeterminationem, & gratiam nulla eorum merita præcedant, respondebant, Deum cognovisse, quid, si supervixissent, facturi fuissent boni, vel mali; & quod Deus hoc cognoverit, nunquam eis negavit Divus Augustinus, neque unquam ex hoc capite eos reprehendit, sed ex eo, quod adderent, propter ista opera mala, quæ Deus prævidit eos facturos fuisse sub conditione, si supervixissent, Deum aliquos ante baptismum abutuisse ex hac vita, & damnasse, & e contra, propter bona prævisa sub conditione futura, alios prædeterminasse, ut post baptismum salvarentur, ut videre est in ipso Divo Augustino de Prædeterminatione Sanctorum, capite duodecimo, & sequentibus.

Ab hac vero doctrina, meo judicio, longissime abstant Patres Societatis, & Ludovicus Molina. Etsi enim doceant, quod plurimi Scholastici ante ipsos docuerunt, posse hominem, & viribus naturæ præbere assensum fidei humanæ articulis fidei, & facere alios actus, quoad substantiam actus, id est quoad objectum materiale, similes actibus spei, charitatis, penitentiaque; hanc tamen negant ipsi, esse fidem, qua Christiani sumus, virtutem scilicet Theologicam, de qua Scriptura, & Patres, tanquam de primo salutis nostræ exordio, loquuti sunt. Alios item actus dicunt entitate, essentia, nedom specifica, sed generica, dignitate, valore, a veris actibus spei, charitatis, &c. piis, & talibus, quales sunt ad salutem necessariis, toto cælo distare: convenire, inquam, eos in objecto materiali, differre in formali ratione objecti, unde desumitur actuum essentia, specificatio, & dignitas.

Quod si in explicando prædeterminationis mysterio utuntur scientia media, sive futurorum sub conditione; non tamen eam assignant pro causa, quare Deus hunc præ alio prædeterminaverit, sicut, assignabant Semipelagiani.

Nunquam enim hoc dixerunt, immo oppositum semper; & Molina ipse questione vigesima tertia, articulo quarto, & quinto, disputatione prima, membro undecimo, conclusione quarta, quinta, & sexta, docet, hujus rei non posse ex parte liberi arbitrii dari ullam causam, rationem, aut conditionem sine qua non: & membro secundo jam ex professo impugnaverat errorem Pelagii, & supra descriptum errorem Semipelagianorum. Immo neque possit scientia media ad talem finem deservire, etiam si ipsi vellent, quoniam est certum, Christum Dominum prævidisse de Tyrariis, & Sidoniis, quod credidissent, & penitentiam egissent, si inter eos voluisset facere signa; neque tamen ob eorum fidem, & penitentiam prævisam, sub conditione futuram, motus est Deus ad prædeterminandum eos, scilicet ad præparanda eis signa illa, & auxilia; cum quibus certissime credidissent. Et e contra de justo, qui raptus est, ne malitia mutaret cor ejus, prævidit, quod si vixisset, peccasset; neque tamen ob peccatum, sub ea conditione prævisum, voluit eum reprobare, & permittere, ut laboretur, sed rapuit eum &c. Scientiam hanc adhibent isti Doctores ad optimum finem, ut scilicet gratuita Divina prædeterminationis non quidem assignent causam, sed explicent certitudinem, citra physicam determinationem. Eligat Deus, quem vult, ex solo suæ voluntatis beneplacito; debet per aliquam media certissime, & infallibiliter facere, ut iste, sua salva libertate, consentiat, credat, operetur. Hanc certitudinem habere non potest Deus,

nisi altero horum modorum: vel quia Deus scit, se posse uti quadam sua una ejusdem rationis in omnibus motione, quæ non contingentem, sed necessariam habet connexionem cum hominis consensu, & cum ea non possit stare dissensus; (& hoc nolunt Patres Societatis concedere, quia existimant, esse contrarium communi sententia Doctorum, & præcipue Divi Thomæ, questione sexta de Veritate, articulo tertio, & alibi; & tollere arbitrii libertatem) vel quia, licet omnia auxilia Divina, si in se spectentur, sint talia, ut possit homo cum eis consentire, & dissentire, conjungere consensum, & dissentium, quia scilicet relinquunt voluntatem indeterminatam, & expeditam in utramque partem, Deus tamen altitudinem suæ scientiæ cognoscit, in quam partem cum iis, vel illis auxiliis, si dentur, humana voluntas, a nullo prædeterminata, ipsa seipsam sit libere sub Divinis auxiliis determinatura. Et hæc est scientia media, seu conditionalium; & ad hunc finem, & non ad alium, in mysterio prædeterminationis explicando, adhibetur. Et necesse est, hæc scientiam ponere, ut ponant omnes, quicumque prædeterminationem physicam non acceptant; quia, si salvanda est, & explicanda in Divina prædeterminatione certitudo, ut est procul dubio, non potest alio modo salvari: neque inter has duas sententias est dare medium, ut in particulari Scripto, super hoc Sanctitati vestræ exhibitio, pluribus ostendi. Et hæc de tertio puncto.

Ad quartum punctum: An in Bulla facienda sit mentio librorum, in quibus sunt propositiones, & Religiosorum Ordinum, inter quos est controversia.

In tenore Bullæ, quem superioribus diebus Sanctitati vestræ obtuli, in prænaratione facti mentionem faciebam Theologorum, hinc Ordinis Prædicatorum, inde Societatis Jesu, inter quos hæc esset exorta controversia. Nunc vero, re melius considerata, satis existimo, utrorumque nomen reticere, & dicere tantum, inter quosdam Catholicos Theologos hæc controversiam ortam esse. Et id ipsum consensu de libris, scilicet generali clausula statuendum, ut, si qui libri veritatibus definitis quid contrarium contineant, aut continere videantur, corrigantur, vel declarentur. Tum quia is videtur esse mos Ecclesiæ, nedom Catholicorum horum, quorum famæ est consulendum, sed ipsorum etiam hæreticorum, in fidei definitionibus, anathematibusque dicendis, nomina reticere. Ita Cælestinus Papa in sua Epistola, decimo tertio capite, & Concilium Arausicum, & nuper Concilium Tridentinum, ut plerique alia taceam, a neotericorum hæreticorum nominibus recensendis abstinuerunt. Tum quia non video, quomodo aut deceat, aut expedit in Pontificia Constitutione, ad perpetuam rei memoriam edenda, hujus tam parum faste altercationis mentionem facere, eamque posteris, in omnem futurorum sæculorum ætatem, testatam facere, perennem ipsius quidem partibus dissidii, aliis vero omnibus scandalum occasionem. Sinamus ergo, hujus contentiosis memoriam interire, quam omnes boni cuperent, ut nunquam exorta esset. Sed ex quo id fieri nequit, ne exorta sit; optent certe votis omnibus, ut singulari Sanctitatis vestræ charitate, atque prudentia, quam optima, & saluberrima ratione componatur, salvo, si fieri possit, utriusque partis honore, & exultatione. Sic enim res in integrum restituetur, ac si nulla lis, aut contentio exorta esset.

Hæc

Hæc sunt, Pater Beatissime, quæ pro veritate, atque communi Ecclesiæ utilitate, ad ea, quæ Sanctitas vestra interrogare dignata est, respondenda esse, judicavi. Quæ omnia humiliter sub iudicio saniori iudicio, & correctioni Sanctitatis vestræ, quam Deus Optimus Maximus Ecclesiæ suæ Sanctæ incolumem servet.

F. JOANNES ANTONIUS BOVIUS, Ordinis Carmelitarum.

Tenor Bullæ talis, vel similis esse poterit. (1)

Inter ea multa, & gravissima, in quæ debet, ex injuncto sibi munere, studium suum, & sollicitudinem omnem impendere Romanus Pontifex, quippe cui totius Dominici Gregis pascendi cura demandata fit, duo hæc sunt præcipua, ut in Christiano Populo vera, & Catholica fidei unitatem, & concordiam animorum, in Dei obsequio charitatem, totis viribus studeat conservare. Quapropter, cum aliquot abhinc annis inter nonnullos Hispaniarum Theologos, hinc Ordinis Prædicatorum, inde Societatis Jesu, exorta fuerint quedam disputationes, & controversiæ circa materias de Divina gratiæ donis, & humani arbitrii libertate, dum adversus hæreticorum calumnias, inter hæc duo concordiam statuere quærentes, & eundem finem intendentes, (ita enim de piis, & doctis viris libet existimare) doctrinæ sanæ Catholicæ defensionem, & declarationem, in rei tamen explicatione non eadem incedunt via, sed diversis inter se modis utuntur: Nos, cum primum, Dei Optimi Maximi benignitate, ad supremum Apostolorum apicem assumpti fuimus, huc statim animum appulimus, ut ejusmodi contentiones ab Ecclesiâ Dei tolleremus, & præscripta veritatis regula, omnem erroris, aut scandalum occasionem suboveremus. Revocatis igitur, quas felicis recordationis prædecessor noster, Clemens Octavus, instituerat, disputationibus, reque tota diligentissime examinata, atque discussa; ne cuiquam in posterum liceat de Catholicorum dogmatum veritate dubitare, & ne vel ex ignorantia, vel ex contentiosis ardore error aliquis subrepat, antiquorum Ecclesiæ Patrum, præcipue Sanctorum Augustini, & Prosperi, Sacrorum Conciliorum Arausicani, Milevitani, & Tridentini, nec non sanctæ memoriæ prædecessorum nostrorum, summorum Pontificum vestigiis inhaerentes, propositiones infra scriptas collegimus, quibus, quid ab omnibus fide tenendum sit, de Divina gratiæ necessitate, & de humani arbitrii libertate, præscribimus, videlicet.

1. (2) Ita humana natura per peccatum vulnerata est, ut, sine Dei gratiâ, naturam sanante, non possit homo ipsam naturalem legem rotam implere, neque omnia, quæ contra ipsam sunt, mortalia peccata vitare.

2. (3) Eadem Dei per Jesum Christum gratiâ, ad singulos actus credendi, sperandi, diligendi, penitendi, aliosque quoscumque, quantumvis faciles, ut fiant secundum Deum, & quales ad salutem oportet, simpliciter necessaria est, non vero solum ut facilius fiant.

Serry Tom. II.

(1) Idea Bullæ, ab Antonio Bovio meditata, ceteris, omnibus Consultoribus dissentientibus. (2) D. Aug. de har. c. 88. & Epist. 106. Innot. ad Conc. Milev. & Celsæ. Epist. ad Gallos. (3) D. Aug. Epist. 106. & 107. l. 2. ad Bonif. c. 8. Conc. Trid. sess. 6. can. 7. (4) D. Aug. passim. (5) Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. & D. Aug. Epist. 106. & 107. (6) D. Prop. lib. 2. de voc. gent. cap. 26. & 31. & est communis Doct. (7) D. Aug. de grat. & lib. arbit. c. 16. & alibi. (8) D. Aug. & correp. de grat. cap. 12. (9) D. Aug. Epist. 101. & 107. de Per. mer. cap. 18. de dono persever. cap. 9. (10) D. Aug. Cont. duas Epist. (11) Lib. Epist. 101. & lib. 4. cap. 3. (12) De dono persever. cap. 13. (13) De gratiâ & lib. arb. cap. 20. de nat. & i. cap. 14. & lib. 4. cap. 3. (14) D. Aug. de dono persever. cap. 14. (15) De correp. & grat. c. 7. grat. cap. 20. & de correp. & grat. c. 4. (16) D. Aug. de dono persever. cap. 14. (17) Ibid. cap. 6. (18) De grad. 55. cap. 8. Epist. 107. (19) Lib. de grat. Chr. cap. 6. (20) Ibid. cap. 13. (21) De Spir. & Litera. cap. 35. Lib. 2. ad Simp. q. 2. (22) Epist. 105. de gr. Chr. cap. 45. (23) De grat. & lib. arb. cap. 16. (24) De grat. & lib. arb. cap. 5. & 16. Conc. Trid. sess. 6. cap. 4. & 6.

3. Agnoscenda est, & confitenda ab omnibus necessitas gratiæ & excitantis, & adjuvantis, & cooperantis, & prævenientis, & consequentis.

(4) Primum nostræ justificationis exordium a præveniente Dei per Jesum Christum gratiâ sumendum est; (5) quæ a Deo nobis mere gratis datur, & non ex ullis operibus; non quia volumus, sed ut velimus; quæcumque vero eam præcedunt, nullius sunt valoris, aut meriti, ad Dei gratiam promerendam, salutemque consequendam.

3. Prævenientem (6) suam gratiam aliquibus dat Deus, tantum sufficientem; cum qua tamen vere, & proprie possunt bene operari: ita ut, si non operentur, perditio eorum ipsis tribuenda sit, nullatenus autem Deo.

6. Aliquis vero (7) Deus dat non solum posse bonum velle, & facere, sed adiutorio suæ gratiæ, quam efficacem appellamus, facit, ut quod bonum est, certissime, & infallibiliter velint, & faciant.

7. Similiter (8) Justis omnibus dat adiutorium, quo possint non peccare, ipsum bonum non deserere, usque in finem perseverare, si velint. Sanctis autem, in regnum per gratiam Dei prædeterminatis, datur tale adiutorium, ut per illud non nisi perseverantes sint, ut invictissime, quod bonum est, velint; & hoc deserere invictissime nolint.

8. Efficacem (9) gratiam, sine ulla justitia, aut personarum acceptione, dat Deus, cui vult, ex solo suæ voluntatis beneplacito: ita ut, quare alteri detur, alteri non detur, occultioris sit, & inscrutabilis Divini iudicii, nullaque a nobis causa, ex parte hominis, assignari possit.

9. Per hanc gratiam (10) Deus non solum ducit homines, sed trahit, scilicet de (11) nolentibus volentes, de repugnantibus consentientes, de oppugnantibus amantes, (12) operatur in illis & velle, & operari, (13) eorumque voluntates immutat, & quo voluerit, quando voluerit, inclinatur.

10. Hæc gratia est (14) Divinam illud beneficium, quo certissime liberantur, quicumque liberantur: (15) est vocatio secundum (16) propitium, quam nullus vocatus respuit: (17) vocatio alta, atque secreta, qua sic agitur, ut legi, & doctrinæ accommodetur assensus: est (18) doctrina interna, atque occulta, qua non suadetur: qua Deus non (19) ostendit tantummodo veritatem, verum etiam imperit charitatem, donans electis suis, & quid agant, scire, & quod sciunt, agere: est (20) illuminatio, atque inspiratio, qua fit, ut non modo appareat, quod latebat, sed & suave fiat, quod non delectabat: (21) per quam Deus non solum illustrat intellectum, ostendens, quid agendum sit, sed etiam bonum inspirat (22) affectum; dans vires efficacissimas voluntati.

11. Quod gratia (23) sola operando incipit, eadem non sola, sed simul cum voluntate, cooperando, perficit: ad hoc enim præparatur voluntas a Deo, ut excitanti, atque adjuvanti gratiæ

K k assen-

assentiendo, & cooperando, libere producat actus, quibus ad iustitiam coram Deo, libera sua voluntate, se moveat, atque disponat.

12. Per Dei (1) efficacem gratiam non tollitur liberam voluntatis (2) arbitrium: ejusmodi enim est, ut sine ea habeat homo auxilium sufficiens, cui si velit, possit (3) consentire; & ea posita, relinquatur assentiendi, & dissentendi facultas, possitque dissentire, resistere, eamque abjicere, si velit.

Hæc esto de gratia, & libero arbitrio fidei regula: hæc sunt Catholica dogmata: ita fidelis quisque credat: ita fidem suam profiteatur. Si quis vero contrarium quicquam dixerit, docuerit, scripserit, anathema esto. Profundiores autem, difficilioreque partes incurrentium questionum, quas fufius pertractant, qui hæreticis resistunt, & Scholasticis plerique, dum, pro suo more, de fidei mysteriis rationes, quas possunt, inquirunt, & modos explicant, dummodo firma, & integra maneat præscriptarum veritatum substantia, ut Beatissimi Prædecessoris nostri Cælestini verbis utamur, *Sicut non audeamus contemnere, ita non necesse habemus asserere*. Ut tamen omnis contentio, & scandali occasiones tollantur, & servetur ea, quæ decet inter pios, & doctos Viros modestia, & charitas, sub pœna &c. . . prohibemus, ne unius partis Doctores, aliive quicumque, legendo, scribendo, docendo, concionando, aliove quocumque modo loquendo, sive tractando, alterius partis, in materia de gratia, & libero arbitrio, opiniones, quæcumque sint, modo supra descriptis nostris, aut aliis Ecclesiæ definitionibus expresse non contradicant, hæreticas, erroneas, temerariasve appellare, aut alia quacumque majori censura, quam falsitatis, improbabilitatis, aut simili, censurare audeant. Immo, ne quod modo inter hos Doctores, supra dictis materiis de gratia, & libero arbitrio, contingit, id inter eosdem, vel alios quoscumque, supra aliis aliquando contingat, & ne sibi quisque, cum magno Christianæ pacis, & charitatis detrimento, arroget, de aliorum opinionibus censuram ferre, easque pro libitu damnare; quæ res ad hanc Sanctam Sedem, alioque Ecclesiasticos Judices pertinet, quibus judicandi de rebus fidei, atque adeo etiam de eius opposito auctoritas competit; id ipsum sub eadem pœna prohibemus, de omnibus quoruncumque Catholicorum Auctorum doctrinis, ne scilicet eas, nisi jam per Ecclesiam, aut saltem generalem aliquam Inquisitionem damnata fuerint, quisque majori censura, quam falsitatis, improbabilitatis, aut simili damnare præsumat. Si qui vero libri editi sunt, in quibus aliquid contineatur, quod supra per nos definitis veritatibus repugnet, aut quoquo modo repugnare videatur, illos in hac alma Urbe per doctos Viros, per nos, aut Sacram Indicis Congregatio-

nem deputandos, corrigi, aut, prout opus fuerit, declarari mandamus, non obstantibus &c.

Hujus tenoris, vel simili, edita Bulla, meo quidem judicio, possit causa ista decentissime terminari, sine ullius ex partibus condemnatione, immo servata utriusque excommunicatione: & sufficienter provideretur præsentis necessitati, determinando, quæcumque certa sunt, & in posterum contentiones præcavendo; ut scilicet altera de altera censuram non ferat, modestiamque debitam servet, abstinendo a verbis omnibus contumeliosis, aliove modo offensivis. Neque tamen interrim (licet partibus præcipiatur, ne censurent) altera sententiarum, aut utraque approbatur; ut, si Deo placuerit, majorem lucem Ecclesiæ suæ dare, & majorem consensum Doctoribus, ita ut aliquando una eorum ab omnibus approbatur, tanquam vera, & principii fidei consona, non sit præclusus aditus huic Sanctæ Sedi, quo minus opportuniori tempore, quam voluerit, tamquam de fide certam, definire possit.

Interim firmantur per propositiones positas, & stabiluntur, quæcumque hæcenus certa sunt in materiis, inter has duas partes disputata.

Prima propositione definitur, quid humana natura possit circa naturale, seu morale bonum, vincendas tentationes, &c.

Secunda continentur omnia, quæ disputata sunt de actibus credendi, sperandique, aliisque quibuscumque, quoquo modo facientibus ad justificationem, & salutem.

In tertia asseritur gratia, secundum omnes sui divisiones, & partes.

In quarta statuitur Catholica veritas de gratia præveniente, quod ab ea justificationis exordium sumendum sit; & continentur, quæcumque disputata sunt de faciente, quod in se est.

In quinta, sexta, & septima ponitur divisio gratiæ in sufficientem, & efficacem; sive ea datur ad justificationem, aliumve quemlibet actum, sive ad perseverandum usque in finem.

In octava asseritur causa, cur uni, & non alteri datur gratia efficax, sola Divina voluntas.

In nona, ejusdem effectus, præcipue per verba, & phrasas Divi Augustini, asseruntur.

In decima, ejus natura explicatur, per descriptiones, ex eodem Divo Augustino desumptas.

In undecima, asseritur, humanæ voluntatis cooperationem.

In duodecima, statuitur, non obstante efficaci gratia, libertas arbitrii nostri.

Demum, quidquid potuit definiri, non tangendo ipsum punctum gratiæ congruæ, & prædeterminationis physiciæ, hic definitum est, ut arbitror. Si quis aliud aliquid requirit, exponantur: & quæcumque definita sunt, certissima sunt ex Conciliis, & Patribus, in notis positis ad calcem pagina adductis.

(1) D. Aug. Epist. 107. (2) D. Prospero loco cit. (3) Concil. Trident. Sess. 6. cap. 5. & Can. 4.

IDEA BULLÆ,

JUSSU PAULI V. PONTIFICIS MAXIMI
MEDITATÆ.

Pro finienda Auxiliorum Controversia. (1)

PAULUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

I. (2) **G**regis Dominici curandi, pacendi, regendique, Princeps Pastorum, Jesus Christus, supremam in terris potestatem Apostolorum suorum primo, Beato Petro, vice sua sic commisit, ut perpetua in illa firmitatis privilegio eum munerit. Quæ porro incumbit cura eisdem Beati Petri successoribus, Romanis Pontificibus, cæterisque Ecclesiæ Catholicæ Episcopis, cum prima, & præcipua sit fatigare, ut tradita divinitus doctrina fidei custodiantur inviolata, devitando, sicut B. Apostolus admonet, *Profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ*; pro hac Prædecessores nostri, cum providere soliti de remediis opportunis, contra opiniones, quas, a doctrina ista discrepantes, suis quique temporibus, emergere advertissent, in id sollicitius multo invigilabant, quoties essent opiniones, quibus beneficium gratiæ Dei, quæ per Christi meritum homines excitantur, atque adjuvantur ad salutem suam operandam, evacuari, aut quoquo modo extenuari, videretur.

II. (3) **Q**ua in re ut essent tam solliciti, & vigilantes, permovebat eos merito, quia de beneficio hoc, ut nonnulli sincera intelligentia in Ecclesiæ Dei admittatur, sciebant cum primis, interesse Catholicæ fidei, de præcipuis aliquot, & primis Religionis Christianæ fundamentis, velut de ruina humani generis per delictum primi hominis, deque Dei dono, & proposito, quo per Jesum Christum liberantur, quicumque inde liberantur; deinde & intimius pertinere, ad informandam pietatem erga Deum; quippe quæ in hoc maxime consistit, ut anima ei non sit ingrata; & ad fovendam in hominibus humilitatem; nam & hujus boni proprietates in confessione est gratiæ Dei.

III. (4) **C**um autem juxta sinceram, & salutarem intelligentiam eorum, quæ de istis fidei fundamentis in Prophetis, Evangelicis, & Apostolicis Scripturis revelavit Spiritus Sanctus, quid Ecclesiæ semper crederet, & sentirent orthodoxi Patres de beneficio gratiæ Dei, id ab initio fundatè in terris Christianæ Religionis simpliciter apparebat, in Ecclesiæ tum obsecrationibus, orationibus, postulationibus, gratiarum actionibus, maxime illis, quæ in ipso verissimo, & singulari Christianorum sacrificio frequentantur: tum in admonitionibus, & exhortationibus, tam ad i-

Serry Tom. II.

stas, quam ad alias quasque virtutes, quibus Deo vivo, & vero servitur: & id ipsum indicatum reperitur ab antiquioribus Ecclesiæ Scriptoris in aliquibus tractatum sanctorum locis; tamen non nisi breviter, transeunter, & facillori, ac congruo veritati modo, quo res tam arduæ intelligerentur, quantum sufficere poterat, quando nulla adhuc major necessitas operosorem de iis urgebat tractationem.

IV. (5) **S**uccessu vero temporis, de iisdem Religionis fundamentis operosius pertractare, coegit occasio, per illos subministrata gratiæ Dei inimicos, qui Catholicam de ipsa doctrinam aggressi, callidissime oppugnavit, invexerunt pernitiosam hæresim, a primis suis auctoribus sumpto nomine, Pelagianam, & etiam Cælestinianam nuncupatam. In qua sic progressum est per varios gradus, dum ejus assertores, atque Sectatores, aliquando plus, aliquando minus, virtuti gratiæ detrahere, aut tribuere viderentur; & ut hærent semper in errore, quo noverunt, illam, quæ proprie gratiæ Dei est per Jesum Christum Dominum nostrum, quemadmodum consistenda est, confiteri, & calumniarentur, in doctrina Catholicorum sic prædicari gratiam, ut liberum arbitrium ab hominibus auferretur.

V. (6) **I**n qua calumnia, quod illi falso obijciebant, id, tanquam esset verum, adeoque Catholicorum, contra ipsos disputantium, dogma, quidam etiam in Ecclesiâ, ex simplici quadam ignorantia, secuti, sic gratiam Dei prædicabant, & defendebant, ut hominis esse liberum arbitrium, & negarent ipsi, & a defensoribus gratiæ negari, existimabant.

VI. (7) **S**ubsecuti sunt & alii, qui ad contrarium errorem descendent, licet Pelagii, & Cælestini detestarentur nomina, & dogma condemnarent verbis; tamen eorum sensum, in ipso errorum capite, quod est de sanctorum origine voluntatum, & de fidei, charitatisque principis, seu pravitate, seu imperitia, & quidem plus aliquid, aliquid minus sciebantur. Quoniam igitur, prout quique ipsorum de isto capite sentiebant, deprehendebantur, eorumdem hæreticorum reliquias denuo suscitare; id renovavit aliquoties occasione, ex qua necesse fuit, doctrinam de gratia Dei, & libero hominis arbitrio adhuc particularius declarare.

K k 2

VII.

(1) Ad Caput 19. libri 4. Hist. de Aux. (2) Cura, & sollicitudo Rom. Pontificum, circa doctrinam de beneficio gratiæ Dei. Joan. c. 21. 1. Pet. c. 5. Mat. cap. 10. Ibidem cap. 16. Luca. 22. 1. ad Tim. 6. v. 20. (3) Quanti sit momenti, quod de hoc beneficio nonnulli sincera intelligentia in Ecclesiâ admittatur. Ex Augustino Epist. 90. 92. 94. De verbis Apostoli. Serm. 12. Lib. de pecc. orig. c. 24. & 29. lib. 2. De nup. & conc. c. 5. De Spir. & lit. c. 4. (4) Fides Ecclesiæ ab initio, & sensus antiquorum Ecclesiæ Patrum de eodem beneficio. S. Aug. Epist. 59. 96. lib. de Spir. & lit. c. 9. lib. de corp. & gratia c. 2. lib. de Pred. SS. c. 14. lib. de dono Persev. c. 14. (5) Occasio subministrata per hæreticos Pelagianos, operosius tractandi de Gratia & libero arbitrio. Aug. lib. de hæres. c. 88. lib. de gratia Christi, c. 30. & 47. Lib. ad Bonifac. c. 5. Epist. 106. (6) Error quorundam in Ecclesiâ, ex ignorantia negantium liberum arbitrium. Aug. Epist. 46. Lib. de Gratia, & libero arbitrio. c. 1. (7) Occasio particularius tractandi de gratia, & libero arbitrio, per illos aliquoties renovata, qui reliquias Pelagianismi suscitabant. SS. Prosper, & Hilarius in Epist. ad S. August. Cælestinus I. Epist. ad Epist. Gallia, cap. 3. Prospero libro contra Collat. cap. 11. & Carm. de ingratis, cap. 16. & 20.